Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tes possibiles: et totum ¶ et quorum totum partes quoque ut plurimum
Nam si lacinia: et ~~omnes~~ manice ceteraque partes fieri possunt: et uestis
quoque tota: et si tota uestis: lacinie quoque atque ~~omnes~~ manice ¶ Preterea
si uniuersum genus ex possibilibus: species quoque fieri possibilis.
et si species: genus quoque: ut si naue fieri possibile: triremem eam:
et si triremem: naue quoque ¶ Preterea si alterum eorum que
nata sunt adinuicem referri: alterum quoque: ut si duplum medium
etiam: et si medium: duplum quoque ¶ Preterea si absque arte ac pre
paratione possibile quippiam fieri: id multo magis arte ac aia
fieri possibile ¶ Hinc apud agathonem dictum est: atqui que nos
fortuna facitis: hec nobis arte necessitateque sunt ¶ et quod peio
ribus aut minoribus aut imprudentioribus possibile: id contrariis
horum multo magis: ut ysocrates dixit: graue esse: si quod
enthymemus dicat: ipse non poterit inuenire ¶ de impossibilibus
autem palam quoque ex contrariis istorum sunt ¶ Si uero factum sit aut
non: ex his considerandum ¶ Primum si quod minus fieri natum est:
id factum est. et quod magis natum: id quoque factum ¶ Deinde si
quod posterius fieri solet factum est: et quod prius: ut si oblitus
est: didicit aliquando ¶ Preterea si et uolebat et poterat fecit Nam
omnes si possunt ea uoluerint agunt ¶ nichil eum impedimento
est ¶ si uolebat etiam: et extraneorum nichil impediebat ¶ et
si poterat ac cupiebat ¶ et si poterat et delectabatur ¶ Nam quibus
delectantur: ~~erant~~ ea ut plurimum si possunt efficiunt ¶ Impli
quidem ex intemperantia probi uero quoniam proba desiderat
¶ et si futurum erat: et fecit probabile namque fecisse ipsum: quod fu
turum erat ¶ et si facta sunt quecumque nata sunt ante aliquod
fieri aut illius gratia: et si coeuastauit: et tonuit: et si tem
ptauit: etiam fecit ¶ Ad hec si facta sunt quecumque posterius
nata sunt: uel id cuius gratia fiunt: prius quoque et quod huius
gratia ante hoc factum est: ut si tonuit etiam coeuastauit: et
si fecit etiam temptauit ¶ Horum autem omnia alia necessaria sunt:
alia ut plurimum ita se habent ¶ Ex contrariis autem istorum patet
si factum non sit: de futuro quoque manifestum ex eisdem est ¶ Nam